

tem, in rebus omnibus decorem. Que rarissima humani animi bona iam tantum tibi existimationis peperere. Vt quom antea eminentissima inter princeps<sup>1</sup> fœminas LVCRETIA BORGIA te unum semper habuerit, et nunc maxime habeat salutis et incolumitatis suæ uindicem. Nuperrime etiam inuictissimus Dux noster Alphonsus, dum inter strepitus bellorum versatur, optime conscius multa sibi ob castrensia incommoda præter expectationem euenire posse. Te unum e clarissimorum uiro- rum cœtu qui Ferrariæ profitentur, euocauit ad salutem et habitudinem suam tuendam. Et tu quidem hæc principibus nostris et reip. quotidie præstas. Me uero quam humane semper, quam liberaliter promeruisti? Quom tibi rerum omnium mearum tranquillitatem debeam, sæpe opera et ope tua adiutus. Debeam et hunc spiritum ab atrocissimis morbis creberrime liberatum. Et profecto quicquid est apud me facultatum aut nominis, libenter tibi ac præstantissimo uiro Iacobo Magnano acceptum refero. Quorum præsidio emersi e summis rei familiaris angustiis, debebuntque omnes studiosi uobis, si cui modo unquam hæc nostra industria ullum allatura est emolumentum, nisi .n. liberalitate uestra usus essem, non satis intelligo quomodo tot impensis, quæ ad rem impressoriam necessariæ sunt, par fuissem. Eo igitur gratior hæc tibi nuncupatio esse debet uel quod a deditissimo tibi animo proficiscitur, uel quod gratitudinis potius, quam munificentiae sit testimonium. Bene uale et Io. Maciochum in summis fortunæ ac dignitatis accessionibus tuum esse memineris. Idibus iulii M.D.X.

Au recto du feuillet signé *l*, avant la *Diligens Pisonis super græcis litteris commentatio*, on trouve une épître dédicatoire ainsi intitulée : *Baptista Piso Ferrariensis Magnifico ac Præstantissimo Comiti Thomæ Calcagnino salutem*. Elle est datée de Ferrare, cinq avant les calendes de février (28 janvier) 1509.

Au feuillet 3 recto du cahier signé *n*, autre épître dédicatoire, ainsi intitulée : *Amplissimo uiro Thomæ Fusco Episcopo Cymacien. ac Illustrissimi et Reuerendissimi Domini Cardinalis Esten. a secretis Cælius Calcagninus salutem*.

---

1. Le texte original donne bien *princeps* et non *principes*.

